

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6566

Autre(s) référence(s) : Bates 252

Auteur(s) : Robert, Mortain (comte)

Bénéficiaire(s) : Saint-Benoît-sur-Loire (abbaye, abbé)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1084, 9 janvier

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Notice relatant l'accord conclu entre le comte Robert de Mortain et l'abbaye de Saint-Benoît-sur-Loire, au sujet du château que le comte a construit sur la terre des moines de cette abbaye, et souscrite par le roi Guillaume [Ier].

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Prou Maurice, Vidier Alexandre, *Recueil des chartes de l'abbaye de Saint-Benoit-sur-Loire*, Paris, A. Picard, 1907-1912, 2 vol., t. 1, n° 92.
- b. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 252, p. 763-764.

Texte établi d'après b

Quoniam prudentum sapienti consilio decretum est et mos iste in ecclesia adolevit ut res que in ea geruntur quatenus a futuris in posterum secantur litteris annotentur, dignum fidelium memorie duximus tradere quod Robertus, Moretonii comes, frater Willelmi Anglorum regis et Normannorum principis, construxit castrum in terra sancte Marie sanctique Benedicti confessoris, et, ut monachi id libentissime annuerent, concessit illis prefatus comes decimum burgensem totius ville cum omnibus consuetudinibus suis, excepto quod si necessitas hospitandi illi incubuerit in domibus burgensium monachorum licentiam hospitandi habuerit. Annuit etiam illis omnem decimam redditus fori et feriarum, et hec solute et libere, preter exituram persone. Hiis exceptis, habent monachi in prefato castro omnem moltam et redditus furnorum et omnes consuetudines ecclesie pertinentes, videlicet decimam et sepulturam et ceteras consuetas oblationes. Hec possidebant monachi ante constructionem castri, sed prefatus comes solute ac libere terram illis concessit habere ut castellum suum eorum construeret concessione. Et nomen castri vocatur nomine Sancti Hilarii. Et unicuique burgensi dabunt monachi terre unam virgam ad inhabitandum, qui ibi sunt vel hospitandi sunt.

+ Willelmi regis. + Michael Abrincensis episcopi iuste et legaliter concessit. Roberti filii regis. + Gisleberti episcopi Lexovie. + Roberti, comitis Moritonie. + Hugonis, abbatis Cerasiensis. + Willelmi regis filii. + Eudonis vicecomitis.

Hec consensu et imperio domini Willelmi, Anglorum regis ducisque Normannorum, gesta sunt anno MLXXXIII dominice incarnationis, anno XVIII regni ipsius. Que ut firma permaneant his propria manu subscripsit sigilloque signavit, faventibus filiis Roberto atque Willelmo, ipsis etiam subscribentibus, V idus Ianuarii.